

TRACTATUS
DE DVOBVS
FRATREBVS
ET ALIIS SOCIIS.

AUTHORE
PETRO DE VBALDIS PERVSINO
IVRECONSULTO CLARISSIMO.


*Acceſſerunt eiſdem Authoris Commentarij in Ti-
tulum de Collectis, atque de permuta-
tione beneficiorum.*

Omnia nunc recens recognita, nouisq; Summarijs,
& Indice copioſo locupletata.



VENETIIS, Apud Iacobum Cornettum.
M D LXXIX.

Coll. Soc. I. r. s. v. Salm. et doct. R. Eggh.



PETRI DE VBALDIS PERUSINI,

ad Cives & Primates Perusinos,

Præfatio,



M post Deum immortalem respub. rebus omnibus preferenda sit, magnifici domini Consules, & spectati mercatores, eiq; omne studium, omnis cogitatio, omnis deniq; vita nostra debeat, id quod ipsam rempub. conseruat & auget, præcipua laude et honore dignum iudicatur. Sunt autem varia hominum artes: ex quibus magna ciuitati commoditas & utilitas comparatur. Sed pace omnium, & bona venia dicam, nullam puto mercatura commodiorem: & ad uitæ usum, & ad conseruationem societatis humane. Quo enim pacto in ipsis ciuitatibus viveretur, nisi per mercaturam rerum copiam haberemus? Et quid prodesset ciuitates esse copiosas, si verum domini ipsis nos uiri prohiberent? Profectò, & si pluribus rebus posset forte quissiam abundare: plurimis tamen carere necesse esset. Mercatura nobis multa vndique ad ciuitatem apportans, omnia quæ ad ornatum, quæ ad dignitatem, quæ ad honestam vitam, quæ denique ad salutem vsu veniunt, subministrat. vnde Calistratus clariss. Iureconsul. in l. 2. ff. de mundi. refert Platonem dixisse, cum institueret quemadmodum ciuitas benè & beatè habitari posset, in primis negotiatores necessarios esse. Hinc videmus, & hic in tota Italia mercaturam per primarios ciues, & vita probatissimos exerceri. hinc apud nos multos grauibus reipub. negotijs occupatos, gaudere in numero mercatorum esse descriptos, ut eo saltem ti-

**EIVSDEM PETRI DE
V BALDIS PERVSINI CON-
MENTARII IN TITVL. DE COL-
lectis, illustrati Additionibus Feli-
ciani de Rubeis de Canino,
V. I. D. celeberrimi.**

S V M M A R I A.

- 1 *Collectarum materia, qua laicis sapè imponuntur, strictè ni-
mis & angustè à Doctoribus tractata.*
- 2 *Clerici an privilegio sibi concessio possint ut in re communi.
Et an illi teneantur ad collectas ad via pontive refectio-
nem remiss.*
- 3 *Collectam quis possit imponere.*
- 4 *Collectam an & quatenus ciuitas possit imponere, & nu. 8.*
- 5 *Collectarum impositio est, quid unum de regalibus, princi-
pis suprema potestati reseruatis, & nu. 7.*
- 6 *Collecta imposita uendi potest.*
- 9 *Populas inferior particularem lege municipio statuere potest
ad sui regimen.*
- 10 *Ciuitas an possit obligare singulares psonas ciuitatis remiss.*
- 11 *Collecta cui possit imponi.*
- 12 *Forensi possidenti in territorio unius ciuitatis, quibus casti-
bus potest imponi collecta.*
- 13 *Collecta an imponatur per capita, per sumantes, an varò per
solidum & libram.*
- 14 *Collecta pro utilitate publica imponèda est per es et librã.*
- 15 *Collectarium onus ferendum pro quantitate & rata aestimi,
Et quid si ciuitas non habeat aestimum. num. 16.*
- 17 *Possessiones steriles non grauantur aliqua collecta.*
- 18 *Pauperes notorie, & lapsi facultatibus, immunes sunt a col-
lectis.*
- 19 *Collecta imponitur per capita, statuto dictãte quemlibet de-
bere ire ad exercitum, & fit super eo compositio.*
- 20 *Collecta per focos imponenda, statuto cogente unum de qua-
libet familia ad exercitum.*